2 SPIRITVALE ius contra regulas iuris communis sine titulo quotore præscribi possit, in consi. vi. nu. 10.
3 In spiritualibus spoliatus agens interdicto unde ui excluditur à restitutione propter exceptionem defectus notorii proprietatis, in consilio lvii. nu. 22.
1 In spiritualibus, & beneficialibus ad obtinẽdum in iudiciis possessionem non prodest haberi possessionem absque titulo saltem colorato, in consi. ii. nu 14.
2 In spiritualibus seruatur dispositio iuris canonici, in consilio lxxxv. nume. 8.
1 Spiritualia laicis concedere papa solus per suum priuilegium potest, in consi. 21. nu. 4.
1 Spiritualia possunt à laico mediante priuilegio acquiri, ibid. nu 17.
1 Spirituale ius cum onere soluendi certam pensionem non potest permutationem, & compromissum remitti, in consi. 18. nu. 7.
De transactione, compromisso, & compositione super re, uel iure spirituali, uideas in uerb. transactio, compromissum, & compositio.
2 Ad spiritualia non porrigitur legitimatio facta simpliciter ab imperatore, quamuis sit propriè legitimatio, in consi. 172. nu. 12.
De dispẽsatione, seu habilitatione ad spiritualia, uideas in uerbo dispensare, & dispensatio, & in uerbo habilitare, & habilitatio.
Spiritualis causa, uide in uerb. causa.
Spirituale possessorium, & petitorium, uideas in uerb. possessorium, & petitorium.
1 SPOLIARE alium non dicitur ille, qui suam possessionem, uel quasi continuat, in consi. 20. nu. 16.
3 Nec qui præoccupat in indiuiduis, & in iurisdictione, in consi. 56. in pag. 184 & in consi. 58. nu. 16.
3 Spoliare uerbum in libello, & iudicii possessorii adipiscendæ quomodo sumi debeat ad subsinendum libellum, in consilio xlii. num. 30.
3 SPOLIANS conuenitur interdicto unde ui, si de spolio constet, in consi. lvii. nu. 19.
3 Spolians de facto propria auctoritate, ac uiolenter ius omne amittit, in consi. 147. nu. 26.
3 Contra spoliantem, uel cuius mandato spoliatio iuris præsumptiuè facta censetur, agi potest possessorio recuperandæ super restitutione, & condemnatione damnorum, ibid. nu. 18.
3 Spoliatores, & prædones dicuntur tutor, & prælatus male bona pupilli, & ecclesiæ administrantes, illaque occupantes, etiam si per uim expulsiuam illorum possessionem non occupauerint, in consilio xlii. nume. 28.
3 SPOLIATVS à iudice aliquo iure suo, non seruato iuris ordine, uiolentiam spoliatiuam, seu expulsiuam patitur, in consi. 9. nu. 17.
Et restituendus est ante, quam de alia causa cognoscatur, ibid. nu. 18.
Etiam si post huiusmodi uiolentiam tacitè, uel expressè consensisset, ibidem nu. 19.
3 Spoliatus sua libertate est ante omnia, non obstante aliqua exceptione restituendus, in consi. 11. nu. 1.
3 Spoliatis datur possessorium recuperandæ, in consi. xliii. nu. 11.
Non autem adipiscendæ, ibid. nu. 25.
3 Spoliatus dici, & restitutionem, seu reintegrationem ad possessionem petere is non potest, qui nullo modo unquam possedit, ibidem numero 12.
3 Spoliatus agens quid probare debeat in possessorio recuperandæ, præsertim contra denegantes pensionum solutionem, ibid. nu. 13.
3 Spoliatus, & spoliator, & prædo large, & improprie dici possunt quod debitum alicui etiam nunquam ab eo possessum, indebite, & non ab aliquo detinetur, & occupatur, in consi. xliii. nu. 27.
3 Spoliatus non potest possessorio restituendæ agere contra illum qui possessionem à iudice habuit, in consi. lvi. nu. 20.
3 Spoliatus agens interdicto unde ui ante omnia est restituendus si spolio constet, in consi. lvii. nu. 20.
Etiam si spoliatio fuerit clandestina, ibid. nu. 23.
Nec aliud spolium ad impediendam huiusmodi restitutionem potest opponi, ibid nu. 21.
3 Et quando ante omnia non sit restituendus, sed causa proprietatis uel ante uel simul cum causa restitutionis cognosci debeat, in consi. xxx. num. 24.
3 Et quid, quando ageretur de restitutione fortilitii, & castri, ibidem nume. 25.
Et quid, quando restitutio fieri non posset absque scandalo, & præiudicio irreparabili, ibid. nu. 26.
3 Spoliatus agens interdicto unde ui in prophanis à restitutione non repellitur propter exceptionem defectus notorii proprietatis, secus in spiritualibus, & beneficialibus, in consi lvii. nu. 22.
3 Spoliatus potest iuribus sibi ex spolio, & uiolentia illata competentibus, & acquisitis renunciare, ibid. nu. 32.
3 Et renuncians, ac cedens iuribus sibi in re, cuius possessione fuit spolia-

tus, competentibus non potest amplius possessorio restituendæ, nec etiam petitorio ad rem illam agere, in consi. lix. nu. 12. 205
Maximè si cessio, & renunciatio facta fuit coram consanguineis, & supe riore loci suam auctoritatem interponente, ibid. nu. 13. & 16.
Reliqua de hoc uideas in uerb. renunciatio, & cessio.
1 Spoliatus, & electus à principe ex aliqua iusta causa non agit remedio c. reintegranda 3. q. 1. in consi. 60. nu 21. 210
1 Spoliatus possessione auctoritate iudicis propter eius contumaciam, purgando eam, & causas illius iustas allegando potest possessionem recuperare, in consi 61. nu. 23 & 29. 215
1 Spoliatus non censetur, nec remedio restitutorio agit is, qui auctoritate prætoris, seu principis est spoliatus, atque priuatus, in consi. 147. numero 4. 429
1 Spoliatus sua possessione, uel quasi est ante omnia restituendus, ibidem num 17. & 25. 430
1 Spoliatio de facto agenti possessorio restituendæ non obstat exceptio dolo facis, ibid. nu. 34. 433
1 SPOLIATIO quando etiam per instrumentum publicum probari possit, in consi xlv. num. 14. 147
1 Spoliatio in corporalibus quomodo fiat, in consi. 139 nu. 44. 394
1 Spoliationis, & ejectionis uitium dicitur purgatum, quando proprietatis causam possessionis absorbet, in consi. lix. nu. 14. 205
1 SPOLIVM ultimum purgandum est contra titulum possidentem, nec potest de alio spolio opponi, in consi. lxv nu. 122. 245
Quod uerum est de spolio ex interuallo, secus de spolio in continenti, ibidem nu 123.
Spolium in continenti in hac materia quomodo sumatur, ibid. nu. 124. ead.
1 Spolium non purgatur, etiam si uis spoliatiua postea in compulsiuam cadat, & ui, uel metu spoliatus consenserit, uel renunciauerit, in consi. nu. 19. & 20. 26
1 Spolii uitium purgatur ex reuersione rei sine uitio ad dominum sua possessione spoliatum, uel ad suos hæredes, in cõsi. lvi. n. 25. & 27. 184
1 Spolium ultimum eiusdem rei semper est prius purgandum, in consilio lvi. num. 21. 191
1 Spolii tempore si bona in loco fuerint rapta, quid requiritur, ut respectu illorum iuramentum in litẽ deferatur, ibid. n. 4 & 27. 190. & 192
Spolium in incorporalibus quomodo probetur, in consi. lviii. n 17. 203
1 Spolio, & remedio recuperandæ possessionis quid ad obtinendum ui sforiam sit probandum, ibid. nu. 1. 200
1 Spolio, & possessorio restituendæ non agitur contra possidentem, & apprehendentem possessionem auctoritate iudicis, ac iure permittente, ibid nu. 19. 203
1 Spolium non committitur ex eo casu euenit, in consi. 139 nu. 38. 394
1 Spolium contra aliud spolium intentatum quando opponi possit, & quando non, ibid. nu 40.
1 Spolio agens repellitur per exceptionem notoriam defectus proprietatis. nu consi. 147 nu. 12. 429
Etmando agenti spolio exceptio dominii, & proprietatis obstet, ibid. nu. 13. & 15.
2 SPONSA etiam per uerba de præsenti nondum corrupta, & uiro carnali copula coniuncta potest monasterium, & religioni ingredi, in consi xxiii nu. 13. 106
1 Sponsa ad domum sponsi traducta post sponsalia de futuro contracta, carnalis copula subsequuta præsumitur, & matrimonium præsumptũ contractum censetur, in consi. 40 nu. 22. 136
1 Sponsa per uerba de futuro ubicunque clam, & furtiue, item quæ esset minor xii. anno, ad domum sponsi traducta fuisset, matrimoniũ præsumptum non dicitur, in consi. xl nu. 23. 136
1 Sponsæ traductio simplex ad domum sponsi non facit præsumi matrimonium, & quid aliud requiratur, ibid. nu. 24.
Videetiam in uerb desponsata.
1 Sponsa omnia sibi donata à sponso, uel patre sponsi restituere sponso, uel patri tenetur, quando per factum ipsius sponsæ matrimonium nõ fuit sequutum, in consi. 62. nu. 2. 10. 14. & 26. ubi declaratur, pag. 218. & 220. cum seq. 29.
1 Quid, si per utrumque stetterit, uel simul, uel successiue, quominus matrimonium sequatur, ibid. nu 3. & 14.
Sponsæ in dubio nõ præsumuntur donata, sed commodata uestes, & alia ornamenta muliebria tradita, siue missa à sponso, uel socero, ipsi sponsæ, ea oratior, magisque compta ad domum sponsi, uel soceri acceßit, & ideo dissolutis sponsalibus, & matrimonio nõ sequuto sunt ipsius sponso, uel socero restituenda, in consi. 62. nu. 6. 219
Quod limitatur, & declaratur, ibid nu. 24. 221
2 Sponsa resolutis sponsalibus, & non sequuto matrimonio propter factũ sponsi, uel eius soceri, nec bona sibi ab ipsis donata, nec expensas ab eis factas ipsis restituere tenetur. ibid nu 21.
2 Quid de donatis sibi à consanguineis, & amici sponsi, & soceri. ibi n. 22.
2 Sponsæ donata quando sponsæ, & non sponso acquiri dicãtur, ibi n. 23. Reliqua uide in uer. donare, & in uer. donatio.
2 SPONSALIA pater pro filia, quam habet in potestate, põt quõdocunq; contrahere, ea sciente, & non contradicente, in cõsi. 34 nu 8. 109
1 Sponsalia non sunt uere nec proprie matrimonium, in consi. 40 n. 5. 134
2 Sponsalia per uerba de futuro nihil ad uiduitatẽ sunt, in cõ. 31. n. 1. 139
2 Sponsalia de futuro contrahens non comprehenditur in dispositione puniente contrahentem matrimonium, ibid nu. 4. 140
2 Sponsalia de futuro quando eundem effectum cum matrimonio de præsenti operentur, ibid nu. 7.
2 Sponsalia de futuro contrahens an dicatur uiuere in actu, & pudicitia uiduali, & an, & quando habeatur, perinde ac si matrimonium de præsenti contraxisset, ibid. nu. 10. 141
2 Sponsaliorum solus contractus nõ facit mulierem desinere esse uiduã, in consi 31. nu 1. 139
3 In sponsalibus contrahendis pœna quando stipulari, & promitti possit, in consi. 165. nu. 23. 475
3 SPVRIVS legitimatus per rescriptum ab habente potestatem ratificans, & approbans legitimationem transit in potestatem patris, & tã quam suus rumpit testamentum patris, in quo esset prætentus, in cõ sil. 40. nu. 8. 126
3 Spurii legitimati appellatione uenit etiam incestuosus, & nefarius, ibid. nu. 9.
3 Spurius incestuosus, & nefarius potest per rescriptum legitimari, quamuis non legitimetur per subsequens matrimonium, ibid. nu. 11.
3 Spurius natus ex humili muliere, & ex uiro in eminenti dignitate constituto nullo modo potest legitimari, in consi. 162. nu. 25. 707
2 Spurii, & naturales multis modis legitimantur, ibid. nu 27.
2 Spurius per legitimationem in partiam transit potestatem. ibid nu. 28.
2 Spurio filio relictum factum, si ingrediatur monasterium, quomodo ualeat, in consi. 163. nu. 31. 707
2 Spurio filio multis modis ualide relinqui potest, ibid. nu. 32.
2 Spurii qui per oblationem curiæ, & per ingressum religionis legitimantur, ibid nu. 33.
2 Spurii, & incestuosi quando ex dispensationibus ad spiritualia, & dignitates ecclesiasticas habilitantur, dispensationes illæ sunt strictæ iuris, & odiosæ, in consi. clxiii nu 35. 708
2 Et in illis non fit extensio de uno casu ad alium penitus diuersum etiã ex maioritate rationis, ibid. nu. 36. & 37.
2 Secus, si in dispensatione esset expressa ratio, quæ militaret in casu, ad quem extensio fieret, ibid. nu. 38.
2 Spurio nato ex patre in eminenti dignitate constituto, & ex uili fœmina si quid sit à patre relictum, quibus acquiratur, ibid nu. 25. 709
Ex spurio filio etiam uiuente nepos legitimatus, uide in uerb. nepos.
2 Spurius filius si sit pro parte hæres institutus, & pro alia parte alius filius capax, tota hæreditas filio capaci instituto accrescit, in consilio clxiii. nu. 44. 709
2 Spurius ex bonorum patris incapax, & indignus non suo, sed alieno uitio, in consi. clxiii. nu. 1. 711
2 Spurio à patre relictum, aut donatum quibus in casibus fisco applicatur, in consi. 164. nu 2. 711
2 Spurio relictum, siue donatum quando hæredibus tam ex testamento, quam ab intestato, excluso fisco, applicetur. etiam si illi palam fidem suam ei relicto accommodauerint, ibid nu. 6.
2 Spurio relictum à patre si fuerit ab hæredibus iuramento confirmatũ, an ob istud iuramentũ spurius capax illius efficiatur adeò, quòd hæredes contrauenire nequeant, ibid. nu 8. 712
Et an fisco tunc, an hæredibus iurantis acquiratur. ibid nu 12.
2 Ad spurio relictum siue donatum infra quod tempus uenientes ab intestato admittantur, in consi. 164 nu. 13. ead.
2 Spurios posse à patre capere neque iuramento, neque pacto fieri potest, & iuramentum huiusmodi est peccati nutritiuum, & contra bonos mores, & non seruandum, ibid. nu. 9.
2 Spurii ad successionem parentum à statuto regulariter ualide non uocantur, ibid. nu. 10.
2 Spurius quis dicatur, in consi. clxv. nu. 3. 713
2 Spurios de iure ciuili non esse alendos, nec filios nominandos quomodo uerum sit, ibid. nu. 16. 715
2 Spuriis filiis parentes non posse quicquam donare, nec relinquere in quibus uerificetur, ibid. nu. 17.
2 Spuriæ filiq dos data, siue relicta quando ad patrem dotantem, siue eius hæredes reuerti debeat, & quando non, sed sit relictum irreuocabile, in consi. 165. nu. 20. 716
2 Spuriæ nepti donare, uel relinquere auus etiam de iure ciuili non prohibetur, quamuis pater prohiberetur, ibid. nu. 22.
2 Spuriis filiis, seu filiabus aliquid magnam summam non excedens pro dote, & alimentis recte relinquitur de iure canonico, in consi. 165. n. 23. & 29. 716. cum seq.
2 Spuriæ filiæ de iure canonico & alendæ, & dotandæ sunt, in consi. 165. nu. 18. 717
2 Spuriæ quanta dos constitui possit, ibid. nu. 29.
2 Spuriæ filiæ inopi dos, & alimenta à patre etiam de iure canonico irrecabiliter dantur, ibid nu. 32.
2 Spuriæ, & incestuosæ dos data censetur data ad alimenta, & post mortẽ ad dotantem, uel eius hæredes reuertitur, in consi. clxv. nu. 35. 718
Et an in locum alimentorum subrogetur. ibid nu. 38.
2 Spuriæ dos data, quæ esset apud maritum, ab eo repeti non potest, nec à filiis communibus superstitibus, ibid. nu 36. 718
2 Spurii appellatione continetur natus ex clerico in sacris constituto, in consi. 168. nu. 1. 724
Reliqua uide in uerb. natus, & in uerb. clericus.
2 Spurio instituto, siue illi palam aliquibus bonis a patre relictis, cui bona illa acquirantur, fisco ne, an proximioribus, an alius in testamento descriptis, in consi. 169. nu 12. 728
Spurio restituendi fideicommissi fidem tacitam si quis patre accommodasse dicatur, debet hoc constare, & quomodo, alias non punitur, ibid. nu 13. ead.
2 Spurio quando aliquid à patre palam fuit relictum, non potest auferri ab eo, qui rogatus fuit, id, quod ex testamento, uel ab intestato capere ex bonis patris potest, ibid nu 14. 729
Neque tunc dici potest tacitum fideicommissum factum, ibidem nu. 15.
2 Spurio restituendi fideicommissum tacitam fidem si filii patri accommodant, non puniuntur, neque ob hoc id, quod ex testamento, uel ab inte-

intestato potuisset ex bonis patris capere, ab ipsis tanquam indignis aufertur, ibid. nu. 16. & 21. 729
Secus in extraneis, ibid. nu. 23.
Et maximè hoc est uerum in filia ratione sexus, ibid. nu. 17.
2 Spurio, & illegitimo fratri filia potest titulo transactionis, aut alio bona patris relaxare, & dimittere, ibid. nu. 18.
Maxime propter lites dirimendas, ibid. nu. 24. 730
2 Spurius, & si à patre capere non potest, tamen ab eo, cui pater dedit, etiã fratre, & sorore quocunque titulo, & præsertim transactionis rectè capit, dummodo de tacita fideicommissi restituendi fide accommodata non constet, ibid. nu. 20. 729
Et quomodo fides tacita constare possit, & in quibus locum habeat, ibid. nu. 23. ead.
Et an differat in hoc, titulo ne oneroso, an lucratiuo capiat, ib. n. 22. cad.
2 Cum spuriis, & illegitimis transactio rectè sit ad dirimendas lites, ibid. num. 24.
2 Spurius à principe, uel habente ab eo potestatem de plenitudine potestatis, ita legitimatur, ut nihil a legitimis, & naturalibus differat, & hoc cum clausula expresse derogatoria legis contrariæ, in consilio clxxii. nu. 1. 739
Spurii legitimatio, uide in uerb. legitimatio.
2 Spurius filius ad patris petitionem legitimatur etiam inuitis, & ignorantibus aliis filiis legitimis, & naturalibus, ibid. nu. 4. 740
2 Spurietatis qualitas quando sit in legitimatione exprimenda, in consi. 172. nu. 20. 741
2 Spurios etiam legitimatos ad bona ecclesiastica admitti ecclesia abhorret, in consi. 175. nu. 22. 758
2 Spurio filio pater nihil donare, & relinquere debet, ibid. nu. 34. 765
Etiam per indirectum, ibid. nu. 36. 762
2 Spurii filii nec à patre ali, nec filii nominari possunt de iure ciuili, ibid. num. 34. 765
Et quid de iure canonico, ibid. nu. 35. ead.
2 Ex spurio nepos an ab auo recte instituì, uel substituì possit, & illi aliquid relinqui, ibid. nu. 37. 762
2 Ex spurio nepoti relictum tanquam indigno non fisco, sed hæredibus legitimis applicatur, ibid. nu. 39.
Et late, ibid. nu 51. & 53. 764
2 Spurio fideicommissum relictum tanquam caducum hæredi scripto, & grauato remanet, ibid. nu. 40. 763
1 Spurii filii legitimati in dubio non comprehenduntur appellatione liberorum, seu filiorum ob dignitatem, & nobilitatem proferentis, & disponentis, qui de illis mentionem facit, in consi. lxiii. nu. 10. & 24. pag. 223. cum seq. 55
2 Spurius legitimatus, quamuis fictæ, & non uere, nec proprie filius efficiatur, tamen comprehenditur in statuto excludente filias fœminas propter masculos, in consi. 14. nu. 2. 75
2 Spurius in dubio quis non præsumitur, sed legitime natus, in consi. xix. nu. 3. 75
2 Spurius filius non præsumitur, sed legitimus natus ex masculo, & fœmina simul cohabitantibus, quamuis non probauerit se natum ex legitimo matrimonio, ibid. nu. 6. 75
2 Spurietatem probare debent uolens excludere hæredem institutum, qui est in possessione, ibid. nu. 8.
2 Spurius ne, an legitimus quis præsumatur, ibid nu. 19. & 20. 77
2 Spurius legitimatus potest dici homo honestus, sed non honeste natus, in consi. xxiii. nu. 15. 101
Reliqua uide in uerb. legitimatus.
2 Spuriis etiam legitimatis non datur ius agendi de inofficioso testamento contra testamentum fratris, qui turpem personam instituit, in cõsl. liiii. nu. 15. 213
2 Spurii solum cognati, & non agnati sunt, ibid. nu. 16.
2 Spurius iustitutus hæres habetur pro non scripto, in consl. vii. n. 13. 216
2 Spurii non faciunt deficere conditionem fideicommissi, si sine liberis, in consi. 73 nu. 1 301
2 Etiam si essent legitimati, quando non solum testator, sed etiam grauatus in dignitate constituturus esset, ibid. nu. 15. 302
2 Spurius ex testamento, & ab intestato succedit matri, quæ non est de illustri familia, in consi. 163. nu. 1. 705
2 Spurius, uel aliter incapax religionem ingrediens capax successionis, & relicti paterni efficitur, & legitimatus censetur, ibid. nu. 4.
Contra, & quomodo hoc intelligatur, ibid. nu. 29.
2 Spurius, & illegitimus dispensatus ad episcopatum, & ad spiritualia cẽsetur dispensatus, & legitimatus etiam quoad temporalia, & successiones hæreditarias, ibid nu. 11. 705
Contra, ibid. nu. 24. usque ad nu. 33. 34. & 43. p 707. cum seq.
2 Spurius, & incapax omnis successionis est ille, qui est natus ex sacerdote, seu constituto in alia eminenti dignitate, & ex muliere concubinaria, & relictum illi à parentibus cui acquiratur, ibid. nu. 22. 706
2 In spurio maximè nato ex humili muliere, & ex uiro in eminenti dignitate constituto episcopalis dignitas superueniens non efficit illum legitimatum, ibid. nu. 24. 706
2 Spurii, & uulgo concepti dicuntur ingenui, & liberi, & omnibus succedunt, præterquam patribus, in consi. 20. nu. 12. 79
2 Spurii solum, & non legitimi plerunque, & communiter ad hospitale exponuntur, ibid. nu. 19. 80
2 Spurio, siue nepoti ex eo relictum, legitima sobole extante, statim est ipso iure nullum, & legitimæ soboli acquiritur, neque inspicitur, nec expectatur tempus successione delatæ, in consilio clxxv. nume. 41. & 46. 762. & 763
Quid, si legitima soboles cum iuramento approbasset donatum, seu relictum spurio, & promisisset illum non molestare, ibid. nu. 55. 767
2 Ex spurio nepotem legitimum excludi à successione aui propter [illegible] legitimam extantem, neque auum posse illi relinquere dicitur [illegible] cipaliter fauorabile, & nullo modo odiosum, ibid. nu. 42. 764
Reliqua uideas in uerb. nepos.
2 In relicto facto spurio quo tempore inspiciatur, an adsit legitima soboles, an tempore facti relicti, an uero successionis delatæ, in consi. 175. nu. 47.
Et an sit facienda differentia, an legitima soboles sit sui iuris per emancipationem, an in potestate, ibid. nu. 60. 764
2 Spurii non dicuntur de posteris, nec de familia, & minus nepotes, & descendentes ex illis etiam legitimi, in consi. 176. nu. 65. 774
2 Spurius legitimatus etiam in amplissima forma non potest facere conditionem, si sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, in consi. 180. nu. 16. 791
2 Spurius, & adulterinus nullo modo filius etiam naturalis dici potest, ibid. nu. 17. & 24.
Et an sit uerum, ibid. nu. 20. cad.
2 Spurius legitimatus an possit dici legitimus, & naturalis, an uero filius legitimus, ibid. nu. 18. & 20. 791
2 Spurii proprie dicuntur, & uulgo concepti pueri expositi ad hospitale misericordiæ uulgariter nuncupatum bastardinorum, in consi. 10. n. 1. 4. & 15. pag. 79. cum sequen. 39
Etiam si hospitale in sui erectione nominetur hospitale Misericordiæ, ibid. nu 8. & 10.
Reliqua de his uideas in uerb. puer.
2 Spurius potius, quam legitimus præsumitur ille, qui nominatus est filius animæ, & uulgo allieno di casa, in consi. xx. nu. 27. 87
3 STAGNVM potest esse publicum iuregentium, in consilio [illegible] nume. 1. 393
3 Stagnum quid sit, ibid. nu. 11. 395
Et quando, & quomodo publici iuris esse dicatur, & cognoscatur, ibid. nu. 14. & 17. 396
Et quando publicum est, in quo differat à flumine publico, ibid. nu. 15.
3 De stagni ripa, & alueo idem dicitur, quod de ripa, & alueo fluminis, ibidem nu. 2. 397
3 In stagno non agnoscitur ius alluuionis, ibidem nume. 3. & 12. 398
ead. cum seq.
3 In stagno publico licitum est auctoritate principis aliquid facere pro utilitate facientis, sine graui damno alterius, ac etiam cum aliorum præiudicio, ibid. nu. 24. & 35. 398. cum seq.
3 In faciendo aliquid in stagno publico auctoritas principis, seu licentia principis obtinentis facit licitum id, quod aliàs erat illicitũ, in cons. cxl. nu. 36. 399
1 STATVERE, & iurisdictionem exercere conuertuntur, in consi. xi. n. 34. pag. 226. & in consi. vii. nu. 35. uolu. 3. 18
1 Statuere super iuramento, tollendo uires suas, laici non possunt, ibidem nu. 33. 68
1 Statuere capitulum potest, in consi. vii. nu. 13. 56
Et quomodo, ibid. nu. 14. ead.
Reliqua uideas in uerb. capitulum.
3 Statuere episcopus solus sine capitulo potest tollendo consuetudinem super non residentia, quando ecclesia ministris indigeret, in consi. nu. 26. 67
Statuere super usuris, uide in uerb. usura.
3 STATVENTES uoluisse ius nouum ponere, quomodo intelligatur, in consi. cx. nu. 23. 397
2 Statuendi potestate in pertinentibus ad bonum publicum alicui concessa, non intelligitur data potestas priuandi aliquem iure sua re etiam boni publici, in consi. 177. nu. 27. 781
2 Statuentes quod non dixerunt, debet haberi pro omisso, & relicto dispositionis iuris communis, in consi. 148. nu. 35. 633
2 Statuentes uoluisse se incontinenti corrigere non est dicendum, nec uerisimile, & ideò ut pars una alteri non contrarietur, statutum etiam [illegible] ligendum, ibid. nu. 46. 634
1 Statuentium ius extra eorum territorium non extenditur, in consi. 58. nu. 2. 14
3 Statuentium mens multum est attendenda, & magis, quam sonus uerborum, in consi. 141. nu. 3. 400
1 STATVTVM loci interpretatur quamliber hominis dispositionem, in consi. 93. nu. 6. 368
Quod declaratur, ibid. nu. 40. 42. & 45. 395. cum seq.
1 Statutum loci, in quo celebratur contractus, debet in contractibus [illegible] uari, in consi. lvii. nu. 2. 227
3 Statutum laicorum annullans contractum etiam iuratum uale. A contractus iuramento non ualidatur, quando statutum esset à papa ex certa scientia confirmatum, in consi. xl. nu. 12. 128
3 Statuta Bononiæ sunt ex certa scientia confirmata, ibid. nu. 13.
1 Statuto loci specialiter disponẽte, quod in donatione insinuatio omnino deberet interuenire, cum iuramento tamen specialiter præstito posset insinuationi renunciari, in consi 63. nu. 21. 256
1 Secundum statuta loci quando uerba contrahentium, seu aliter disponentium sunt interpretanda, in consi 93. nu. 45. 396
1 Statuti dispositio, & hominis dispositio pari passu ambulant, ibid. nu.
1 Statutum in dubio nunquam locum habet in casu iurato, in consil. [illegible] num. 31. 29
1 Saturis suis illum quis ligare non potest, in quem non potest iurisdictionem exercere, in consi. lxv. nu. 99. 62
1 Statutis cuius ligetur exemptus à iurisdictione alicuius, cui primo subiectus erat, ibid. num. 118. & 120. 244. cum [illegible] Statutum

Bonorum loquens de filio legitimo, seu de filio familias comprehendit spurium legitimatum per rescriptum, & quando, in consi. xl. n. 11. 126
Statuta alicuius loci, cui prius castrum erat subiectum, si postea, castro ab illius iurisdictione exempto, homines subditi, ac etiam domini esse utantur, quomodo sibi præiudicent, in consi. lxv. nu. 121. 245
Statuti habilitans personam incapacem ad ius de futuro quando extenditur etiam ad bona posita extra territorium statuentium, & quando non, in consi. 66. nu. 26. 254
Statuto stante, quòd bannitus, qui habuit pacem ab offenso ante, quam capiatur liberandus sit, bannitus captus ante ratificationem pacis sic factæ ab offenso, sequuta ratificatione, liberari debet, in consi. 73. 307
Statutum extrauagans si communiter extat in uolumine statutorum de scriptum, secundum illud est iudicandum, in consi. xcii. nu. 15. 386
Statutum exclusiuum fœminarum in emphyteosi concessa pro se, & hæredibus locum non habet, in consi. xciii. nu. 29. 392
Statuto fœminarum exclusiuo stante, fœminæ pro extraneis habentur, ibid. nu. 31. ead.
Status transferentis ipso iure possessionem in hæredes absque alia apprehensione remedium dicitur mere possessorium, & quæ possessio ex illud acquiratur, in consi. 1. nu. 82. 83. 84. 85. & 86. 15
Reliqua de hoc uideas in uerb. possessio.
Stultum uolens adhiberi sacerdotem in testamentis, & quòd sit sacerdos, publiceque pro sacerdote in loco habeatur, standum esse scriptu ne notarii, an hoc de scriptura notarii pro forma, & substantia possit censeatur adeo, ut post testamentum illum fuisse sacerdotem aliter probari nequeat, in consi. 2. nu. 10. 18
Stultum nunquam publicatum, nec moribus utentium receptum non est ad alicuius præiudicium seruandum, in consi. 173. nu. 28. 647
Statuti um inter subditos habent contractus, & ordinationes per dominos, ac superiores factę super personis, iuribus, & rebus suorũ subditorum, ibid. nu 3. 644
Statuti, seu legis uim non habet laudum ab alio inter superiores latum, & quid requiratur, ut sententia, & laudum uim legis, uel statuti habeant, ibid nu. 19. 646
Statutis per alia statuta contraria, nec non per contractus, & lauda superiorum derogatur, ibid nu. 4. 644
Quòd per lauda, & contractus derogetur statutis, quomodo procedat, & an sit uerum, ibid. nu 19. & 24. 646
Statutum prohibens alienationem bonorum in certum genus personarum, ut in forenses, non dicitur iniquitatem, & onus continere, ibid. nu. 16. 645
Stipulatio si quis uendere alii cogitur, quo pretio uendere debeat, in consi. 172. nu. 12. 642
Quid in dispositione statuti Bononiensis sub rub. de rebus communibus inter coniunctos nisi certo modo non alienandis, dum in fine loquitur de habentibus domos diuisas, quæ ab initio fuerint sub uno contextu, & tecto, quo pretio uenditio sit facienda, in consi. clxxiii. num. 13. 645
Reliqua de hoc uideas in uerb. uendere, & alienare.
Statutum à superiore editum nec ambitiosum, nec monopolium contineri dici potest, in consi. clviii. nu. 6. 457
In statutis quando legitimati comprehendantur, & quando non obstantibus statuti quis legitimari possit, uide in uerb. legitimare, & legitimatus.
Statutum loquens simpliciter de filiis comprehendit filios etiam simpliciter, & ueè naturales extra figuram matrimonii, etiam si statutum esset exorbitans, in consi. 174. nu. 13. 751
Maximè si principaliter ad fauorem filiorum disponeret, ibid. nu. 14.
Statuta à iure communi, & non à speciali interpretationem recipiunt, in consi. 177. nu. 48. 783
Statuti per laicos super bonis ecclesiæ factum est nullum, in consi. cvii. nu 10. 446
Statuta nulla, & quæ sunt contra libertatem ecclesiæ, & per quæ iuri alteri quæsito præiudicaretur, nunquam censentur ualidari per confirmationem papæ, ibid. nu. 12. 447
Statutum laicorum an possit tollere iuramentum, & super contractu iurato disponere, in consi. 113. nu. 11. & 12. 463
Statutum, quod si emphyteota priuati cessauerit soluere etiam per triginta annos, non cadat à iure suo, nisi facto protestatione, locum nõ habet, quando soluere iuratum fuisset, in consi. 120. nu. 12. 485
Statuta loquentia simpliciter de aliquo actu non comprehendunt actũ iuratum, in consi. 126. nu. 8. 501
Statutum Bononiense sub rub. de contractibus emphyt. non comprehẽdere casum iuratum, demonstratur, ibid. nu. 8. ead.
Et fit expressum esset, non obstante iuramento, statutum quoad hoc non ualuisset, etiam si statutum esset à sede apostolica confirmatum, ibidem num. 9.
Statutorum conclusio disponens, quod omnia statuta in omnibus sint obseruanda, & quod illis tacitè, uel expresè renunciari non possit etiam cum iuramento, quomodo intelligatur, & procedat, ibid. n. 10
Statuto pœnali, & prohibitorio de iure communi renũciari non potest, ibid. nu. 11.
Statuto quando renunciari possit, non obstante dispositione, quod statuti non possit renunciari etiam cum iuramento, & quando non possit, ibidem.
Statutorum confirmatio apostolica in forma communi, & quæ non fuit recepta, nec in usu, immo contra eam fuit obseruatum, non debet attendi, in consi. cxxvi. nu. 12. 501
Statuta, eorumque uerba debent propriè à iure communi intelligi, ac interpretari, in consi. 158 nu 9. 457
Statutum unum debet secundum aliud intelligi, ne correctio alterius inducatur, in consi. 32. nu. 12. 109
Statuta semper intelligenda, & interpretanda potius, ut conueniant dispositioni iuris communis, quam ut correctio aliqua inducatur, ibid. nu. 13. 110
Statutum cogens mercatores ad exhibendum libros contra se, & quod contra non exhibentem possit in litem iurari, est odiosum, & exorbitans, & de prima uice tantum intelligitur, in consi 19. nu. 2. 66
Statutum si uerbis affirmatiuis utens illa ad iudicem, & non ad partem dirigat, datur officium iudicis, & non actio ibid. nu. 7.
Statutum conditionaliter requirens probationem debet intelligi de probatione uera, & legitima, ac propriè sumpta, non autem de præsumpta nec de ea, quæ in defectum semiplenæ probationis fit per iuramentum, ibid. nu. 14. 67
Reliqua de hoc uideas in uerb. probatio.
Statutum prohibens dici de nullitate laudi non comprehendit nullitatem prouenientẽ ex defectu potestatis arbitrorũ, in cõs. xxx. n. 21. 103
Statutum Bononiense sub rub. de præceptis fiendis confessis, uel conuictis in §. item dicimus, & statutum sub rub. de testam. instrum. & laudis exequut. mandan. in §. saluo circa fi. loquentia de appellatione ab exequutione declarantur, & concordantur, in consi. xxxii. num. 11. & 14. 109. cum seq.
Statutum loci si permittat, ut in causa possessorii semel appellari possit, an intelligatur etiam quoad effectum suspensiuũ. in consi. cx. n. 14. 324
Quid in statuto Bononiẽsi sub rub. de appell. in §. prꝛeterea decernimus, ibid. nu. 18. & 22. 325. cum seq.
Statutum Bononiense sub rub. de rebus communibus inter coniunctos nisi certo modo non alienandis de quibus coniunctis intelligitur, in consi. 48. nu. 23. 159
Et consensum, seu ratificationem coniuncti in alienatione requirens de quibus consensu, seu ratificatione intelligatur, ibid. nu. 24.
Statutum Bononiense sub rub. de pœna uenden. rem alie. in §. uolumus permittens domino, & locatori, uel eius hæredi propria auctoritate expellere colonum, & quemlibet ab eo causam habentem propter affectus non solutos, declaratur in consi. 65. nu. 6. 230
Statutum loquens simpliciter de locationibus, & conductionibus non habet locum in factis ad affectum franchandum, ibid. nu. 3. 229
Et maximè, quando statutum à regulis iuris exorbitaret, & esset pœnale, ibid. nu. 4.
Statutum loci si imponat pœnam appellanti indebitè, an procurator ad lites generaliter datus, appellare cogatur, in consi. 114. nu. 9 332
Statuto loci etiam iuramento firmato disponente, quod appellari nequeat, omisso medio, an ad Papã omisso medio possit appellari, ibid. nu. 13 ead.
Quid, si statuta loci illius generaliter essent à sede apostolica confirmata, ibid nu. 14.
Statutum generale non tollitur per speciale, nec è contra, sed generale per speciale in casu suo restringitur, ac limitatur, in consi. 110. num. 36. 326
Statutum unum generale secundum aliud statutum restringitur, ac limitatur, ibid. nu. 17. 324
Statutum semper debet intelligi, ut aliquid ultra ius commune addat, quando super eo disponit, quod ius commune prouidet, in consi. 101. num. 15. 324
Statutum disponens circa dispositum à iure ciuili semper debet intelligi, & interpretari, ut conueniat iuri, & æquitati naturali potius, quàm rigori iuris ciuilis, ibid. nu. 32. 325
Statuta in dubio sic sunt intelligenda, & interpretãda, ut ius commune minus, quàm possint, lædant, & corrigant, in consi. cx. nu. 18. 324
Et quando hoc sit uerum, ibid. nu. 23. 325
Statutum generaliter, & indistincte loquens debet generaliter, & indistincte intelligi, in consi. cxli. nu. 1. 400
In statutis uerba sunt uere, & proprie intelligenda, in consi. 48. n. 25. 159
In statutis procedit argumentum à contrario sensu, in consi. 35. n. 1. 116
Statutum loquens de denuncia debet intelligi de ualida, & firma, in consi. 180 nu. 11. 517
Statuto disponente, quòd is, ad cuius requisitionem maleficium fuit denunciatum, sit in expensis condemnandus, quando denunciati absoluti fuerunt, massarius denuncians ad expensas non tenetur, ibidem num. 1. 516
Et quando hoc uerum sit, & quando massarius ipse ad expensas teneatur, ibid. nu. 5. 517
Statutum obligans massarium ad denunciandum de una tantum denunciatione intelligitur, ibid. nu. 3.
Et quando hoc uerum sit, & massarius iterum denunciare teneatur, ibid. num. 10.
Statuto disponente, quòd iudex præcisè omnibus iuris remediis ad expensas cogere possit, potest expensarum condemnatio fieri absque citatione partis, ibid. nu. 7.
Statuto stante, quod masculis fœminis ab intestato præferantur fœminæ dicuntur uocatæ ordine successiuo, masculis non extantibus, in consi. 65. nu. 15. 269
Statuto stante, quòd filia cum masculis ab intestato non succedat, si pater masculum instituerit uniuersaliter, ac filiam fœminam ultra dotes suas in decem, filia supplementum legitimæ petere non prohibetur, in consi. 79 nu. 53. 334
Contra, ibid. nu. 55. 335
Statuto excludente fœminas propter masculos, qui hæreditatem adiuerunt, filia fœmina habetur pro extranea, & ad partem legitimæ non admittitur,

admittitur, in consi. 79. nu. 54. ead.
2 Statutum si fœminas excludat, filia in rebus certis instituta retinet nomen suitatis, in consi. cx nu. 53. 476
2 Statuto excludente filias fœminas à successione, quando filiæ fœminæ grauati patruũ substitutũ excludant, in consi. 112. n. 5. & 27. 486. & 491
2 Statutum disponens, quòd mulier in dubio omnia bona marito in dotem dedisse censeatur, in qualibet muliere etiam minore locum habet, in consi. 68. nu. 20. 287
2 Et disponens, quòd mulier simpliciter contrahẽs matrimonium omnia bona in dotem dedisse censeatur, in filia grauata post mortem restituere hæreditatem patris, & simpliciter matrimonium contrahente, trebellianicam ei debitam non comprehendit, ibid. nu. 23.
Et forte nec legitimam, ibid. nu. 24.
2 Statuto stante, quod filiæ dotatæ, & maritatæ à patre nullum amplius possint habere regressum ad petitionem hæreditatis tàm paternæ, quàm maternæ, sed sint, & esse debeant tacitæ, & contentæ dotibus sibi datis, filia à patre dotata, & maritata potest ab eo in testamento iure præteriri, in consi. 70. nu. 8. 293
Et non potest ad supplementum legitimæ agere, ibid. nu. 10. ead.
2 Statutum, quod possessio continuari debeat in hæredes, locum non habet in fideicommissariis, in consi. 85. nu. 15. 374
Et est exorbitans, ac contra iuris regulas, ibid. nu. 16. ead.
2 Statutum mentionem faciens de lege an communes opinionis glosarum, & doctorum comprehendat, & quomodo sit intelligendum, in consi. 91. nu. 16. 393
2 Statutum loci originis defuncti seruatur quoad iura, & actiones, quę in hæreditate reperiuntur, non autem statutum loci, in quo reperiuntur, in consi. xciii nu. 43. 401
2 In statutis appellatione consanguineorum non comprehenduntur cognati per fœminam coniuncti, in consi. xcv. nu. 21. 414
2 Statuto præferente proximiores in succedendo, frater utrinque coniunctus præfertur consanguineo tantum, in consi. xcvi. nu. 4. 416
Et quomodo hoc intelligatur, ibid nu. 15. 418
1 Secus, si statutum præferret agnatos cognatis, ibid. nu. 8. & 14. pag. 417. cum sequen.
2 Statutum inducens præscriptionem quomodo sit intelligendum, in cõs. ciiii. nu 21. 452
1 Statutum confirmatum à superiore continet fauorem publicum in cõsi. 187. nu. 41. 700
3 Statutum Bonon. sub rub ut nullus occup. possess. locum habet solum in bonis tentis à defuncto, seu à testatore tempore obitus, in consi. 69. nu. 8. 234
3 Statuti de sequestrationibus remedium, quod datur solum uero possessori, uel quasi, dicitur merum possessorium, in consi. 72. nu. 8. 238
3 Statuta facere iurisdictionis, in consi. 28. nu. 32. 94
3 Statutum excludens reductionem laudi ad arbitrium boni uiri non excludit recursum à laudo, cui dolus uerus, uel præsumptus ineesset, in consi. xxxiii. nu. 5. 112
3 Statutum recipit intellectum, & interpretationem à iure communi, ibidem nu. 8.
3 Statuta præscriptionem iurium, & actionum inducentia propter bonũ publicum, & negligentiam non petentium seruantur, siue debitor sciat se esse debitorem, siue non, in consi. xv. nu. 42. 42
3 Statutum inducens debiti præscriptionem per decennium an comprehendat debitum iuratum, in consi. 82. nu. 4. 8. & 9. 262. cũ seq.
3 Statuto loci præscriptionem decem annorum contra creditorem non petentem inducente, debitoris scientia obest sibi, & hæredibus suis, ibid. nu. 5.
3 Statutum generaliter loquens debet generaliter intelligi, ibidem nu. 7
3 Statutum quando præscriptionem, & quando modum probandi ex cursu temporis dicatur inducere, in consi. 82. nu. 9. 263
3 Statutum, & lex potest modum probandi per iuramentum etiam cum aliquibus qualitatibus inducere, in consi. 82. nu. 12. ead.
3 Statutum excludens à petitione creditorem, si debitor, seu eius hæres iurauerit se soluisse, & creditor per decem annos debitum nõ petiisset, non inducit simpliciter præscriptionem, sed nouum modum probandi debitum, & comprehendit etiam debitum iuratum, ac etiam debitorem, uel hęredem scientem se debere, ibid. nu. 14.
3 Statutum est intelligendum, & interpretandum secundum ius commune, in consi. 83. nu. 1. 164
3 Statuta fori, in quo cognoscitur causa, debent attendi, & seruari in concernentibus processum, in consi. 37 nu. 6. 119
3 Statutum uolens sufficere quasi contestationem litis, aut contradictum esse, uel haberi pro contradicto ad hoc, ut instantia currat, & ad probationes, & decisionem causæ procedi possit, est contra regulas iuris communis, in consi. 37. nu. 11. 120
3 In statutis uerba sunt uere, & proprie intelligenda, in consi. 86. n. 2. 270
3 Statutum semper in dubio debet intelligi, ut aliquid ultra ius commune addat, ibid. nu 4.
3 Statuti uerba generalia in dubio sunt intelligenda, & interpretanda secundum subiectam materiam, in consi. 86. nu. 12. 271
Et secundum ius commune, ut minus illud lædant, quàm fieri possit, ibid. nu. 14.
3 Statutum clarius ponens, & declarans id, quod prius dubie dispositum erat, aliquid addere, & de nouo inducere dicitur, nec est superfluum, in consi. 86. nu. 17. 272
3 Statutum quomodo intelligatur, si solennitas aliqua consuetudine loci sit sublata, & ibidem sit statutum, per quod consuetudo contraria tollatur, in consi 87. nu. 28. 275
3 Statuto loci cauente, quod ubicunque constat de ueritate rei, & negotii, nihil aliud debeat attendi, solennitatis defectus non nocet, nec attenditur, in consi. 87. nu. 30.
3 Statutum fori mercatorum Bononiæ sub rubrica in che modo si debba procedere nelle questioni, che si mouerauno in §. saluo, che in le instanze, dum excipiendo disponis unum socium pro alio insolidum non teneri, declaratur, in consi. 87. num. 49.
3 Statuti ratio generalis ampliat dictum etiam specialiter positum, ut generaliter intelligatur, in consi. 87. nu. 50.
3 Statutum certi loci factum ab eo, qui potestatem illud cõdendi habet derogat quoad illum locum iuri communi, & legi principis, in consi. 89. nu. 7.
3 Statutum excludens probationem per testes, non excludit probationem per testes quinque, uel sex, in consi. 93. nu. 2.
3 Statutum prohibens negatiuè, & prohibitiuè, ac præceptiuè prohibens nemen testium de uniuersitate pro ipsa uniuersitate, ut est in statuto Bononiensi sub rubrica de testibus ab uniuersitate nisi in certis casibus producendis, declaratur, ibid. nu. 3.
3 Statuto, & legi præceptum continenti renunciari non potest, in consi. 93. num. 5.
Et an id sit uerum, ibid. nu. 10.
3 Statutum debet intelligi, & restringi, ut minus, quàm possit, lædat iure cõmune, & ad terminos illius quoad possit, reducatur, in consilio cxiii. num. 6.
3 Statuti, & legis dispositio prohibitiua, & negatiua excipiens aliquos casus tantum potest etiam in materia exorbitanti, alios casus ultra expros uel ex dispositione aliorum iurium, uel ex similitudine rationis comprehendere, in consi. 93. nu. 7.
3 Nec excludit alios casus, qui alio modo, & alia uia includi possent, ibid. num. 9.
3 Statuti, uel legis dispositioni prohibitiuæ, & negatiuæ an, & quando possit pacto renunciari, ibid. nu. 10.
3 Statutum quando solum in casibus ab eo exceptis, & non in aliis iure cõmuni exceptis locum habeat, & quando secus, ibid. nu. 11.
3 Statutum loquens de diffamante comprehendit etiam eum, qui uerba generalia in delictum sonantia contra aliquem proferret, quamuis ad nullam certam speciem delicti deueniret, in consi. 161. nu. 11.
3 Statutum de terminandis confinibus per instrumenta intelligitur de plura, & diuersa instrumenta hinc inde extarent, in consil. lxxi. num. 19.
3 Secundum statuta suæ ciuitatis testator in dubio potius dispositus esse per censetur, quàm secundum ius cõmune, in consi. 47. nu. 13.
3 Statutum Bononiense sub rubrica, quod nullus occupet possessionem hereditariæ iacentis propria auctoritate sub certa pœna locum non habet in eo, qui iudicis auctoritate ingreditur, ibid. nu. 25.
1 Statutum per contrarium usum, sciente, & tollerante domino, fuisse sublatum, in consi. 173. nu. 29.
1 Statutis loci originis patris est subiectus filius alibi oriundus, & domicilium habens, ibid. nu. 31.
1 Statutis subiici, & forum sortiri conuertuntur, ibid. nu. 32
1 Statutum prohibens alienationem bonorum suorum absque licentia alicuius est iniquum, & odiosum, atque à regulis iuris communis exorbitans, in consi. clxxiii. nu. 34.
Et ideo restringendum, & strictissime, ac proprie intelligendum, ibidem numero 36.
1 Statutum odiosum, & exorbitans simpliciter mentionem faciens de bonorum translatione non comprehendit translationem bonorum, quę aliquo respectu potest dici continuatio, in consi. 173. nu. 39.
1 Statutum prohibens alienationem in forensem non comprehendit originarium loci dicti statuti, licet alibi domicilium habeat, ibid. nu. 40.
1 Statutis alicuius loci subiectus non est, neque ligatur, qui non est de illius territorio, ibid. nu. 46.
1 Statutum loquens de personis nõ subiectis oneribus, seu non subeundis onera, de quibus oneribus intelligatur, & quid, si loquens de bonis, & rebus subiectis oneribus, ibid. nu. 50. & 65. pag. 649. fin.
1 Statutum prohibitiuum alienationis in forenses, & prohibens etiam liam succedere ex testamento, uel ab intestato quando ualeat, & quando non, ibid nu. 53.
1 Statutum respectu omnium rerum, & bonorũ paternorum prohibens liam succedere est odiosum, & contra bonos mores, in consi. nu. 53.
1 Statutum præsumitur publicatum, & receptum ex eo, quod reperitur in libro, & uolumine statutorum descriptum, & registratum, in consi. clxxiii. nu. 54.
2 Contra statutum clausum in uolumiue statutorum sententia lata est ipso iure nulla, sicut lata contra legem clausam in corpore iuris, ibidem.
1 Statuti publicatio saltem præsumpta cum cursu duorum mensium sufficit ad hoc, ut statutum seruari debeat absque eo, quod sit mentio utentium receptum, ibid. num. 55.
1 Statutum etiam inuitos ligat, ibid num. 56.
1 Statutum facere est iurisdictionis contentiosæ, ibid.
1 Statutum ut tollatur per contrarium usum, qualis usus esse debeat, ibid nu 61.
1 Statutum de translatione bonorum loquens comprehendit etiam translatione bonorum paternorum in filios ex successione factam, in consi. clxxiii nu. 64.
1 Statuta loquentia de contractibus, & negotiis, & in illis consensum sanguineorum requirentia comprehendunt, & pactum de non petendo, renunciationes, & iurium cessiones, in consil. clxvi. nu. 5.
1 Statutum requirens in pacto de non petendo, in refutationibus, quittationibus, & donationibus mulierum consensum, & præsentiam sanguin-

sanguineorum intelligitur de iis, quæ per se, & principaliter fiunt, non autem in consequentiam, & non ad corroborationem alterius contractus principaliter gesti, ibid. nu. 6. & 51. 658. cum seq.
Et in contractibus quoque, & negotiis mulierum eundem cõsensum, & præsentiam requirat, comprehendit etiam contractum transactionis, ibid. nu. 7
Statutum non potest directe impedire effectum iuramenti, sed per indirectum potest, & quomodo, ibid. nu. 10 659
Contra ibid. nu. 59 663
Statutum de consensu propinquorum in contractibus minorum, & mulierum adhibendo principaliter ad fauorem mulierum, & minorum dicitur factum, in consi. clxxvi. nu. 42 661
Statuto requirenti consensum propinquorum in contractibus minorum, & mulierum potest per mulieres, siue minores cum iuramento specialiter super hoc præstito renunciari, ibidem nu. 44 ead.
Statuta in contractibus mulierum consensum propinquorum requirentia saltem respectu mulierum maiorum uigintiquinque annis sunt à regulis iuris exorbitantia, & correctoria, in consi. 176. nu. 45 661
Statuta exorbitantia, & correctoria iuris communis solum in casibus, de quibus loquuntur, intelligi, nec ultra illos extendi debent, ibid. n. 46
Statuta, & iura loquentia de pactis de non petendo, & de refutationibus simpliciter locum non habent in contractu transactionis, ibid nu. 47
Statutum exorbitans à iure communi loquens de certa specie contrarius ad alias species non extenditur, ibid. nu. 48
Statutum urbis sub rubrica de pactis, & donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramenti disponens, donationes, pacta de non petendo, refutationes, & quietationes à quibuscunque mulieribus siue approbatione, & iuramento duorum consanguineorum, & iudicis decreto fictas, & facta esse nulla, & irrita, an, & quando contractum comprehendat, & ibi statutum prædictum declaratur, in cons. 176. nu. 52. usque ad nu. 63. 662. cum seq.
Statutum laicorum non potest introducere, quòd iuramentum in contractu mulieris, uel minoris debeat censeri meru. uel dolo extortum, etiam quando statutũ esset à sede apostolica confirmatũ, ibi n. 59. 663
Statuta, & banna præiudicialia infra modicum tempus arbitrio superioris etiam ignorantes ligant, ibid. nu. 103 670
Statutum loquens de instrumento intelligitur de ualido, non autem de nullo, & à iure reprobato, in consi. 177. nu. 2 671
Statutum Bononiense dans certam formam contractibus minorum, & in fine disponens, quòd adulti, & puberes illa forma seruata restitutionem in integrum ratione minoris ætatis petere non ualeant, locũ non habet, quando non solum ratione minoris ætatis, sed etiam ex aliis iustis, & legitimis causis, & à iure concessis restitutio peteretur, in consi. 182. nu. 7 687
Statutum prohibens filios familias contrahere sine consensu patris, locum habet etiam, quando hinc inde essent filifamilias, qui inuicem contraherent, in cons. 179. nu. 1 680
Statutis duobus stantibus, uno, quòd filiifamilias non possint se obligare sine consensu patris, & altero, quod omnes causæ debeant compromitti, an filiusfamilias possit sine consensu patris compromittere, in consi. 189. nu. 2 708
Statuti, & beneficiis illorum actiue, & passiue uti quomodo intelligatur, in consi. 22. nu. 24 78
Statuta fieri possunt à mercatoribus, & aliis collegium dumtaxat, & nõ uillam, castrum, aut ciuitatem facientibus solum inter se, & in spectantibus iurisdictionem, artemque suam, in cons. 7. nu. 2 14
Sed non contra statuta generalia, & ius publicum suæ ciuitatis, ibi n. 3 15
Contra, ibid. nu. 10
Statuta ad correctionem iurisdictionis superioris non possunt fieri ab inferioribus, in consi. 7. nu. 6 15
Statutum, & rescriptum secundum non tollunt primum, nisi apposita sit clausula, non obstantibus, uel in eo de primo sit facta mentio, ibid. nu. 7 15. cum seq.
Contra in statuto, ibid. nu. 9. & 34
Statutum, & rescriptum æquiparantur, in consi. 7. nu. 8 15
Statutum ultimum contrarium primo tollit primum etiam absq; mentione facta de primo, & sine appositione clausulæ non obstante, ibid. num. 9
Statuta mercatorum, uide in uerb. mercator.
Statutum mercatorum, aut alterius uniuersitatis etiam contra ius superioris ab ipso superiore quoad quædam iurisdictioni suæ præiudicantia receptum, & obseruatum tacite uidetur totum receptum, & confirmatum, in consi. 7. nu. 19 16
Statutis duobus super eadem re diuerso, & quasi contrario modo disponentibus, & uno magis generali, & altero speciali existente, ultimum non tollit, neque corrigit primum, sed utrunque ualet, & quomodo, in consi. 7. nu. 31 17
Statuta unius uniuersitatis, uel collegii homines alterius uniuersitatis, uel collegii sibi non subditos ligare nequeunt, ibid. nu. 35 18
Statuta à collegijs artificum ciuitatum quomodo fieri possint, in consi. 158. nu. 1 456
Et quando confirmationem superioris requirant, in cons. 158. nu. 24. 456
Statuta collegiorum artificum inter ipsos seruanda sunt non solum coram suo massario, & iudice, sed etiam in aliis curiis, ibid. nu. 3.
